


ILLVSTRISSIMO PARI CONIVGVM MARCHIONI

OCTAVIO MACHIAVELLO

ET

OLYMPIÆ BACCELLÆ

NOBILI ROMANÆ




Epithalamium Elegiacum.

IOSEPHI MARIAE SVARESII
olim Episc. Vasionen. Vicarij Basilicæ S. Petri & Sanctiss. D. N. Papæ Assistentis.

OCtaui Machiauelli fit Olympia coniux
Baccella, hic faustum Sic habet omen Hymen;
Ambo ætate vigent, florent virtutibus ambo;
Ingenio, forma, nobilitate, opibus;
Vt peragant multos voueo concorditer annos,
Augeat & simili hos prole pudica Venus;
Te precor (! ò Thienæe supernis addite Diuis
Seriùs) hos sponsos perge fouere nouos;
Præsidiumque, decusque Tuis Pronepotibus esto,
Quos stringit sanguis, Numinis arctet Amor;

Tu

Tu Francisca etiam, quæ Matris stemma coronas,
Bussia, quæ Fastis indita Cælituum,
Non minus Empyreos Thesauros elice, & istis
Plenâ diuinum infunde charisma manu;
Quid memorē Heroas? Franciscum nempe Mariam,
Cui rubra velauit causia iure comas;
Detulit & lætans meritam Ferraria Mitram;
Infans, Vrbani cui vice, plausit Iber;
Non referam reliquos vel Marte, vel arte regendi,
Doctrina claros, ingenioue viros;
Principibus Carpi satus enitet ore sereno,
Purpurei cœtus lux quoque magna Pius.
Proxima Trinarum est illis cognatio, latè
Murice fulgentes quæ dominantur, Apum
Quarum Ego tentarem si carmine pangere laudes,
Immensum potius traijcerem Oceanum.
Ergo quia arrident Nuptis Cælumque, Solumque,
Euenient fasces, iam micuere faces.
Clarius at radijs mox effulgebit honorum
Progeniesque suum fundet vbique iubar.





Tu Francisca etiam, quæ Matris stemma coronas,
Bussia, quæ Fastis indita Cælituum,
Non minùs Empyreos Thesauros elice, & istis
Plenâ diuinum infunde charisma manu;
Quid memorẽ Heroas? Franciscum nempe Mariam,
Cui rubra velauit caussia iure comas;
Detulit & lætans meritam Ferraria Mitram;
Infans, Vrbani cui vice, plausit Iber;
Non referam reliquos vel Marte, vel arte regendi,
Doctrina claros, ingenioue viros;
Principibus Carpi satus enitet ore sereno,
Purpurei cœtus lux quoque magna Pius.
Proxima Trinarum est illis cognatio, latè
Murice fulgentes quæ dominantur, Apum
Quarum Ego tentarem si carmine pangere laudes,
Immensum potius traijcerem Oceanum.
Ergo quia arrident Nuptis Cælumque, Solumque,
Euenient fasces, iam micuere faces.
Clariùs at radijs mox effulgebit honorum
Progeniesque suum fundet vbique iubar.